



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

dus esset, qui magis canonicè esset in quasi possessione, ut in c. si à sede. de prae. in sexto. sed Dom. Bartholomaeus est canonicus possessor, aduersarius uero intrusus, ut supra dictum est, ergo & c. Si autem de prior collatione saltem respectu horae constaret, praefertur is, qui datà priorem habuit, etiam si hoc per testes probaretur, ut uoluit gl. in d. c. si à sede. in uer. appareat. & in c. duobus. in uer. si non appareat. de rel. in sexto. Alia è rōne Do. Bartholomaeus uel esse potior in iure, non obstante praetensa praesentatione facta de aduersario, quia illa facta fuit post eius primam iniustam apprehensionem, ac et post collationem, & prouisionem capellaniam, de qua agitur, Do. Bartholomaeo factam: Ergo praesentatio non potuit confirmare collationem, quae à principio fuit ipso iure nulla tanquam non facta ad praesentationem patroni. c. decerni. mus. c. si. 16. q. ult. nā quod ab initio est ipso iure nullum, non potest tractu temporis confirmari, & maxime quando interim ius alteri fuit quaesitum, & sic res integra esse desit. c. non firmatur. de reg. iur. in sexto. ibique Dy. & l. quod ab initio. ff. de co. tit. cum ibique not. Et hoc modo debet intelligi ea, quae uoluit Abb. in q. incip. Augerio. in col. 12. praesupponens, per praesentationem patroni sequutam ratificari prouisionem de beneficio factam, quia cum hoc dicatur fieri mediante ratificatione, et tamen, debet fieri re integra, & nulli interim iure acquisito. ¶ Praeterea ex quo ius, qui aduersarium praesentatur, asserunt cappellā esse de iure patronatus ex consuetudine, hoc est illis ex consuetudine fuisse acquisitum, ius patronatus non dico nunc aduersus ecclesiam, illiusque libertatem, quā Doc. in hoc multum inter se uariant, ut hī per D. Rochum in suo tract. de iure patr. in ult. q. & per Cittadinum in suo tract. in 5. par. in 1. q. & in alijs pluribus locis, sed aduersus alios patronos, quod de iure licet, ut in dictis locis, & traditur per Io. And. in c. quod alicui. de reg. iur. in 6. in mercur. & Abb. in c. querelā. de elect. & in c. dilectus. de off. lega. cum sim. ergo tali iuri patronatus, & iuri praesentandi Papa, & Legatus in totum derogare potuerunt, ut in c. dilectus. de iur. patr. & in d. c. dilectus. sed Do. Bartholomaeo prius fuit facta prouisio à Do. Legato cum derogatione iuris patronatus in totum, si esset ex consuetudine, & praescriptione, ergo ipsi ius fuit in dicta capellania acquisitum, non obstante collatione postea facta aduersario ad praesentationem, & cum derogatione, quia fuit posterior, & non potuit prior ualide prauiudicare. Rursus constat ius patronatus, & ius praesentandi debitum illis de Martignobus fuisse eis acquisitum ex cessione, & donatione, & fiscaliter, quā ex fundatione, & dotatione, ergo Legatus potuit illi in totum derogare ex identitate rationis, quā dī, quod potest derogare iuri patronatus ex consuetudine, & praescriptione acquisito, quia ob hoc homines à fundatione, & dotatione non retraherentur. argum. eorum, quā dī in d. c. cum dilectus. & in d. c. dilectus. cum sim. & ita seruatur, sentitque Abb. in d. c. dilectus. in fin. ¶ Considerandum est etiam, quod pro parte aduersarii allegatur, dictam capellaniam fuisse receptam à quodam Dom. Bartholomaeo de Argelata, Priore S. Mariae Maioris, & à quodam fratre Bonutio de Argelata ordinis Militum S. Mariae uirginis, quibus ex fundatione asseritur ius patronatus fuisse acquisitum, & sic uel, & praesumitur ius patronatus ecclesiae fuit, & acquisitum intuitu ecclesiae, ac ordinis ecclesiastici. arg. tex. cum ibi no. in c. requisisti. de testa. ubi relictum praelato sub nomine ordinis, & praelaturae dī acquiri ecclesiae, ac illius intuitu ad not. per Bar. in l. si filio. ff. de don. cau. mor. & in l. fin. C. de uisuf. & ad not. in c. quā Abbas. de off. deleg. ac etiam quia in dubio id, quod est acquisitum à clerico, seu priore,

aut praelato, censetur ex bonis ecclesiae, & praelatura acquisitum, ut not. habetur in d. c. requisisti. in fi. & c. 1. & si. de pecul. cleric. ¶ Ultimo praemissa corroborantur, inam ex quo aduersarius ante, quā sibi esset aliquo modo prouisum à superiore, & sine illius auctoritate possessionem beneficii temerarie, & propria auctoritate ingressus fuit, dī intrusus, ut supra, ergo si postea beneficium etiā à Papa impetrat, nulla de tali possessione, seu intrusione mentione facta, talis impetratio est ipso iure nulla, & ex ea nullum ius illi acquiritur, nec aliqua possessio prius apprehensa iustificatur, ut not. colligitur ex ijs, quae uoluit glo. in d. c. cum, qui. in fi. uer. ibique Domi. & alij, & Fely. in c. ueniens. de accusa. nu. 2. Io. And. in c. dudum. il. 2. de elec. Abb. in c. ad aures. de refer. & in c. cum iam. de prae. Card. & Anch. in ele. per literas. eo. tit. de prae. quod quidem ultra alia est bene notandum. Et haec ad fauorem Dom. Bartholomaei breuiter dicta iuris esse existimaui. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Exequutorem in beneficiis non posse absque citatione possessoris, & cognitione causae exequi etiam praetextu cuiuslibet clause in literis appositae, demonstratur.
- 2 Clausula in literis beneficiis apponi solita, amoto exinde quolibet illicito detentore, non tollit causae cognitionem, nec parit citationem, nec literarum subreptionem, quando aliquis reperiretur possessor saltem coloratus.
- 3 Index, seu exequutor in literis datus, qui interloquendo, uel exequendo totaliter fuit functus officio suo, non potest reuocare suam interloquutionem, seu exequutionem, à qua fuit appellatum, nec appellanti reponendo cognoscere.
- 4 Idem in indice, qui tulit sententiam diffinitiuam, uel habentem uim diffinitiuam, à qua fuit appellatum.
- 5 Exequutor in literis Papa datus non potest de iuribus partium cognoscere, quando à decreto literarum, & ab ijs, quae per subreptionem, & obreptionem fuerunt aduersario concessa, appellatum fuit ad sedem Apostolicam, seu ad Legatum illius, qui appellationi detulit.
- 6 Comparere quando quis non teneatur coram indice, seu exequutore, qui iniussu contra ipsum processit.
- 7 Index, uel exequutor ingerens se, & afficiens non potest de causa subreptionis literarum cognoscere.
- 8 Index quando de subreptione literarum, & sic de sua iurisdictione non cognoscat.
- 9 Exequutor in literis beneficiis datus non potest de subreptione literarum, & de alijs petitorum concernentibus cognoscere, quando super possessorio retinenda agitur coram ordinario, ad quem super eo fuit recursus.
- 10 Ordinarius etiam in causa alteri specialiter commissa potest se intromittere defendendo, & manutenendo possessorem à molestationibus, turbationibus, ac uiolentis illi ab aduersario, ac etiam à indice, cui causa esset commissā, illatis.
- 11 Inferior non potest in gestis per superiorem se intromittere, quando sunt licita, & ualida, secus si essent illicita, & nulla.
- 12 Visitor generalis potest id, quod à visitatore speciali male factum fuit, corrigere.
- 13 Subreptio ipso iure in totum uitiat literas gratiosas, & ad beneficia.
- 14 Subrogatio à Papa, & habente facultatem subrogandi in beneficiis fieri potest non solum quoad titulum beneficii, sed etiam quoad possessionem.

E P I T O M E.

EXEQUUTOREM datum in literis Apostolicis beneficiis non potuisse absque causae cognitione, & citatione possessoris beneficii etiam colorati exequi, & si ab eius exequutione, & ab alijs inde sequutis, fuerit pro parte dicti possessoris appellatum, non posse de iuribus possessoris, & de subreptione literarum aduersarii cognoscere, etiam si reuocando grauamina appellanti ad hunc effectum reposuerit, hic ostenditur.

CONSI-

CONSILIVM XIII.

REVERENDISSIME domine, dicitur pro parte Do. Ioannis francisci literas Apostolicas concessas super canonicatu, & prębenda, de quibus agitur, absq; causa cognitione, & sic non citato ipso Do. Ioanne francisco possessore colorato, immo ęt legitimo, & iusto per Do. Vicarię illarum exequutorem ad pręiudiciu Do. Ioannis francisci exequi non potuisse, quia literę non fuerunt purę, nec simplices, sed conditionales, uidelicet quatenus resignatio facta per Ioannem Thomę ipsi Ioanne francisco rectę admissa non foret, item dummo aduersarius in canonicatu, & prębenda nō fuerit intrusus, nec non dummo tpe datę illarum in dictis canonicatu, & prębenda non esset ius alicui quęsitu: Quę conditiones, cum concernant ius, & interesse Io. Francisci, nec possint purificari, nisi illo interueniente, sequitur, qđ exequutor ad instantiam dicti aduersarij nō potuit exequi, nisi citato Io. Francisco possessore, ad not. per Abb. Ant. Imo. Fel. & Doct. i. c. si. de pręsump. & per Inn. & alios in c. de cetero. de re iud. & per eundem in c. proposuit. de concess. pręb. & Compos. in c. capitulum. de rescr. & dicunt Doct. quos refert Fel. in d. c. si. in 2. limitatione, qđ exequutor in beneficiabus non pōt exequi ad pręiudiciu possessoris etiam prętextu cuiuslibet clausulę in literis appositę, sed possessor est citandus ad gl. in c. licet episcopus. de pręben. in sexto. & l. meminerint. C. unde ui. Nec obstat clausula solita apponi, amoto exinde quolibet illicito detentore, quia illa nō tollit causę cognitionem, nec partis citationem, nec etiam literarum Apostolicarum subreptionem casu, quo aliquis possessor saltem coloratus reperiretur ad tradita per Lapum in sua decis. 15. quam refert, & sequitur Fel. in c. de cetero. de re iud. ibiq; alia allegat. Sed Do. Io. Franciscus fuit, & est in possessione, quam aduersarius non ignorauit, quia super illa coram R. D. tunc Gubernatore fuit inter ipsos litigatum, & pronunciatum ad fauorem Io. Francisci, qui actualiter hactenus possedit, & possidet: quam possessionem etiam D. exequutor sciuit, quia coram eo, ut ordinario diu disceptatū fuit, ergo exequutor nullo mō potuit ad instantiam aduersarij procedere ad executionem literarum, nec ad alia inde sequuta, non citato Io. Francisco, & exequutio, aliaq; inde sequuta, Ioā. Francisco ignorante, & non citato, nullum penitus pręiudiciu illi inferre potuerunt. ¶ An autem dictus Do. exequutor, a cuius executione, & ab alijs inde sequutis appellatum extitit, & qui reuocando grauamina, si qua intulit, dictum Io. Franciscum reposuit ad effectum cognoscendi de iuribus illius, & de subreptione literarum aduersarij, possit, & debeat de illis cognoscere, an uerō alius, uidelicet Reuerendissimus Do. Legatus, & uices Papę representans, quamuis uideretur dicendū, qđ Do. exequutor deberet cognoscere, & maximę, an sua esset iurisdictio, cum per subreptionem opposita dicatur elisa, & penitus annullata, ut habetur in c. super literis. de rescr. cum sim. ubi subreptio ipso iure tuitur literas gratiofas, & probari vñ in c. si a iudice. de appel. in sexto. c. cum cessante. extra eo. tit. d. c. super literis, in fi. ibiq; scrib. l. si quis ex aliena. ff. de iud. & l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ier. Tamen cōtrarium est uerius: Primo, quia ¶ exequutor in exequendo functus fuit omni officio suo, adeo qđ nihil penes eum reman sit, ut constet ex fulminatione processus, & ex alijs postea ante appellationem ab eo interposita sequutis: Quo fit, ut postquam fuit ab eo appellatum, si ipse uoluerit reuocare grauamina, & appellatam reponere, iuxta ea, quę dicuntur in d. c. si a iudice. cum sim. profecto hoc non posset facere, nec reponendo co-

gnoscere, ut uolunt Doct. & refert, ac sequitur Dom. Philip. Cor. in d. c. si a iudice. in 2. limitatione, & habetur pręsertim per Moder. in c. cum cessante. de appel. facitq; id, quod traditur in c. in literis. & c. significauit. de off. deleg. Et ideo ¶ sicut quando iudex, qui tulit sententiam diffinitiuam, a qua fuit appellatū, non potest grauamen reuocare, & appellatam reponere. Iudex postquam ubi nō. ff. de re iud. & d. c. in literis, cum sim. ita nec iudex, seu exequutor, qui interloquendo, uel exequendo totaliter functus fuit officio suo, quia talis interloquutoria in hoc habet nim diffinitiuam. ¶ Secundo, quia ¶ pro parte Io. Francisci appellatum, & querelatum fuit ad sedem Apostolicam a decreto literarum, & ab ijs, quę per subreptionē, & obreptionem ipsi aduersario in literis cōcessa fuerunt, seu saltem a falso narratis, & tacitis per aduersarium, & quia copia Papę hic haberi non poterat, appellatū fuit coram Reuerendiss. Do. Legato tāquam ordinario, & personam Papę representante, uel saltem tanquam coram optimo, & honestissimo uiro, prout de iure permittitur, quādo non potest haberi copia personę, coram qua sit appellandum, ut in l. si. C. de ijs, qui propter met. & c. si. de appel. qui Reuerendissimus Do. appellationi detulit, ergo per hanc appellationē, cui delatum fuit, dicuntur ligatę manus ipsius exequutoris super cognitione iurium Io. Francisci, & subreptionis. c. non solum. de appel. in 6. ¶ Tertiō ¶ pręfatus Do. exequutor in exequendo iniuste processit ¶ Io. Franciscum illum non citando, & illum in sua possessione turbando, ac molestando, & mediātibus suis mandatis spoliare quarendo, ergo suspectus ipso Io. Francisco factus fuit, ut is coram illo comparere nō teneatur, ut dixit Pet. de Anch. in repet. c. 1. col. 12. de reg. in sexto. Io. de Ana. in c. licet heli. col. 14. de simo. & Fel. in d. c. super literis. in 6. limit. 2. par. ubi etiā inquit ¶ post Ang. in d. l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ier. qđ si iudex, uel exequutor se ingerit, & affectat cognoscere, de causa subreptionis literarum non pōt cognoscere, item ¶ quando iudex, & pars aduersa stāt pro iurisdictione, iudex non cognoscit de subreptione, sed solum, quando iudex solus, uel partes, ut per Fel. in d. 6. limit. similiter quando iudex, qui de iurisdictione sua, & sic de subreptione cognosceret, spoutulas habere deberet, ut per Ang. in d. l. 2. & Fel. in d. c. super literis. in 8. limit. qui omnes casus optimę casui nostro conueniunt, si diligenter considerentur. ¶ Quarto ¶ Do. exequutor nō potest de subreptione, & alijs petitorum concernentibus cognoscere, quoniam cum ex turbationibus, & molestationibus Ioā. Francisci indebitę, & temerarię super sua possessione illatis ipse habuerit recursum ad Reuerendissimum Do. tanquam ad iudicem ordinarium, qui mandauit aduersario, ne deberet molestare, atq; turbare Ioan. Franciscum super sua possessione, & sic coram Reuerendiss. Do. fuerit inchoatum iudiciu merum possessorium retinendę, quod secum non admittit iudiciu, & cognitionem concernentem petitorum, seu proprietatis causam, ut in c. licet causam. de prob. l. 1. §. huius autem. cum seq. ff. uti possid. Bar. gl. & omnes in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. l. incerti. C. de interdic. & l. ordinarij. C. de rei uendic. sequitur, qđ prius cognoscendum est super possessorio corā R. D. quam cognoscatur de causā subreptionis, & de contentis in literis Apostolicis, quę causam petitorij concernunt. c. pastoralis. cum sim. supra alleg. de cau. poss. & propt. & l. 1. C. de appell. Nec obstat, qđ Reuerendissimus Do. qui est iudex generalis, nō potest se intromittere de causā specialiter alteri commissa, & consequenter de hac causā huius canonici, quę specialiter Dom. Vicario exequutori commissa

missa fuit, vt in c. studiisti de offi. deleg. quia rñdetur, qđ ad Reuerend. do. Legatum vti iudicem ordinariū de iure recurri pōt, vt defendat, & manuteneat possessionem, ac illum, qui est in actuali possessione, a molestationibus, turbationibus, ac violentijs sibi ab aduersario, ac etā iudice, cui causa esset cōmissa, illatis, vt est text. in c. cum teneamur. cum ibi no. p. scribē, maximē Abb. extra de appel. & in c. conquirente, vbi tex. cum glo. de rest. spol. & probatur sū vnā lecturā in d. c. studiisti. in vltimis verbis, ubi do. Ant. dicit, qđ licet inferior non possit se introumittere de gestis p. superiorem, tñ hoc est verum, qñ ea sunt licita, & valida, secus, si illicita, & nulla essent. & ibi And. Barba. col. 13. nu. 59. & est optimus text. in c. significauit. de offi. ordin. vbi ordinarius loci se introumittit de causa alij specialiter pmissa, defectum illius supplendo, vt ibi est gl. & Bal. in l. si in aliquam. ff. de offi. proconf. dicit, qđ visitator generalis potest corrigere id, qđ a visitatore speciali malefactum fuit. l. si hominem. ff. mandati. ¶ Quod autē literæ Apostolicæ aduersario concessæ sint subreptitiæ, & obreptitiæ, ac per fraudē aduersarii impetratæ, & consequenter nullæ, quia subreptio ipso iure in totum vitiat literas gratiosas, & ad beneficia, vt in c. ad audientiam. de refer. Abbas in c. ceterum. eo. tit. in tantum, qđ si virtute illarum iurisdictionis in consequentiam daretur, vitiantur, & ipso iure annullantur etiam quoad iurisdictionem, vt per Abb. in d. c. ceterum, probatur. & constat primo, quia nec de regressu, nec de possessione Ioannis Thomæ mentio facta fuit. Secundo nec de subrogatione facta de Io. Francisco per Reuerend. do. Legatum, qui habebat facultatē derogandi regulæ loquenti de subrogatione, & alijs, & exceptis duabus videlicet de viginti diebus, & illa de non verisimili notitia: ¶ Quæ subrogatio à Papa & legato facultatem subrogandi habente fieri potest, non solum quoad titulum beneficij, ad tradita per dominos de Rota in decis. 411. uel 403. aliās est decis. 10. & 11. sub tit. vt lit. pend. in nouis. sed etiam quoad possessionem, adeo qđ subrogatus dicitur continuare possessionem primam illius, in cuius locum subrogatio facta fuit, vt per dominos de Rota in decis. 64. in antiquis. Tercio non fuit facta mentio de possessione Io. Francisci, nec de illius continuatione. Quarto nec de cognitione, nec de pronuntiatione R. D. Gubernatoris super possessione canonicatus, & præbendæ ad fauorem Io. Francisci contra aduersarium. Quinto nec de appellatione à dicta pronuntiatione interposita, & vltimo nec de multis alijs, de quibus si mentio facta fuisset, Papa literas supradictas aduersario non concessisset, vel saltem non ita facile argumentum eorum, quæ voluit Abb. in d. c. ceterum. & in c. 3. & in c. postulasti. eo. tit. Hæc breuiter qđ aliquali informatione Reuerendiss. do. Prolegati do. mini mei singularissimi sint dicta. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Literis Apostolicis, quibus mandatur quem ad possessionem admitti, & illi de fructibus responderi, parendum est.
- 2 Exequutor ad beneficia, citato possessore, seu detentore ecclesiæ potest liberè mandatum exequi, & immittere in possessionem immittendum, & amouere illum, qui in ea erat, quando hoc fuit illi expresse commissum, absque citatione autem minime.
- 3 Exequutor ad beneficia quando, postquam immittendo in possessionem exequutus fuit, potestatem adhuc, & iurisdictionem habeat in defendendo indultum.
- 4 Papa credendum est, quod de aliqua causa cognouerit. Exequutor merus censetur, & solum formam traditam in exequendo seruare debet, nullamq; exceptionem exequutionis impediri admittit, quando Papa super aliquo disposuit, & prouidit, et pro exequutione aliquid fieri sub certa forma mandauit.

- 5 Exequutor ad beneficia non habet cognitionem super aliqua exceptione, quæ collationem factam à superiore elideret, aut factū superioris rescinderet, uel retardaret, sed facta exequutione debet compentem ad superiorem remittere.
- 6 Vicarius episcopi non potest de iuribus collationis beneficij ab episcopo factæ cognoscere.
- 7 Inferior factum superioris non rescindit, nec consequenter de illis cognoscit, quæ ad hunc finem rescindendi coram eo deducuntur.
- 8 Exequutor merus quis non desinit esse ex eo, quod in exequendo citauerit, & ex abundanti quadam alia ad iustificandam suam exequutionem fecerit.
- 9 Ab exequutione exequutoris facta seruata forma tradita, & à repulsionem exceptionum propositarum, de quibus exequutor cognitionem non habet, rectè non appellatur.
- 10 Iudex nullus ordinarius, uel delegatus debet alium instituere in beneficio ab alio possessore, nisi prius amoto possidente amouendo, uel de facto.
- 11 Et quando de facto possit amoueri, & num. 14.
- 12 Papa in beneficalibus ius alteri questum tollere potest.
- 13 Exequutor cum clausula citatis citandis quando non merus, sed mixtus dicatur, & quando etiam merus tantum.
- 15 Episcopus potest de facto priuare tenentem ecclesiam notoriè iniuste, nec illum in iudicio uocare, aut contra ipsum iudicialiter procedere necesse habet.

E P I T O M E.

EXEQUUTOR ad beneficia datus in literis Apostolicis cum mandato, ut uocatis Titio, & alijs uocandis, Caium in corporalem possessionem cuiusdam ecclesiæ inducat, & inductum defendat contradictores compescendo, amoto exinde dicto Titio, & quolibet alio illicito detentore, quod citato Titio, liberè potuerit mandatum exequi, Caium inducendo in possessionem, & inductum defendendo, maximē p. Titium p. dictorē, ipsumq; Titium etiam de facto amouendo, absque eo, quod de exceptionibus proposuit per Titium ualiditatem tituli, & prouisionis Apostolicæ concernentibus cognouerit, hic demonstratur.

C O N S I L I U M XIII.

MISERIS literis Apostolicis, quibus prouisum fuit Do. Gregorio de Giraldis de ecclesia parochiali sancti Blasij, & dati fuerint exequutores, quibus mandatum fuit, ut uocatis quodam Do. Dñico, & alijs, qui fuerint euocandi, ipsum Dom. Gregorium, uel eius procuratorem in corporalem possessionem dictæ parochialis ecclesiæ inducerent, & inductum defenderent, amoto exinde dicto Do. Dominico, & quolibet alio illicito detentore, dubitatur, an id, quod Do. Gratianus de Graffis unus ex exequutoribus fecit in amouendo, & expelli faciendo dictum Do. Dominicum à detentione dictæ ecclesiæ, de iure ualeat, ita qđ Do. Gregorio sit acquisita possessio corporalis dictæ ecclesiæ, & in ea sit tuendus non solum per ipsos exequutores in literis datos, sed etiā per ordinariū loci. In quo absq; multiloquio non arguendo aliter ad partes concludo, qđ ex quo do. exequutor seruauit formā sibi datā in exequendo, uidelicet qđ uocauit, & citari fecit dictum Do. Dominicum, potuit mandatum sibi iniunctum exequi, immittendo in possessionem procuratorem præfati Do. Gregorij, quia p. parendum est literis Apostolicis, quibus mandatur quem ad possessionem admitti, illiq; de fructibus responderi, ut in c. si quando. in c. mādātū. c. literis. & c. Abbatem. de refer. ¶ Præterea p. Doct. cōiter in c. si. de præsump. & in cle. 1. de off. deleg. præsupponunt, qđ dum exequutor, cui mādātum hoc factū esset, procedat, atq; mādātū exequat, citato possessore, seu detentore ecclesiæ, ipse possit liberè mādātum exequi, & immittere in possessionem.